



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Injuria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Octavò, per non solutionem pensionis.

Nonò, per privationem juris.

Decimò, per regressum, de his vide Gom. per extennum, in q. i. in reg. de non toll. iure quasito, vide inferius, in ver. supplicatio seu signatura, an per solam supplicationem obtentam à Papa acquiratur jus ad tem, & an per approbationem factam in examine per concursum, vide in ver. parochia,

Vndeclimò, per solam supplicationem. Abb. in c. nocti, de elect. Gom. q. 7. num. 6. in reg. de non judicando iuxta for. supplicat.

Duodecimò nota, quod istud jus ad rem, est utile nimis: nam est considerabile per regulam Cancellariæ de non toll. iure quasito. ita Gom. loc. cu. q. 1. & facit pro Bullis expeditis Romæ, ubi dicit Papa, dummodo nulli sit ius acquisitum.

Decimotertio, per nominationem etiam acquiritur jus, Archid. in c. si quis iusto, & in c. dicit Dominus, q. 3. dist. Gem. in d. c. si quis iusto, notab. 6. de elect. lib. 6.

Decimoquartò, an per postulationem acquiratur jus postulato, quod non, dicit Gem. in c. cupientes, §. denique. notab. 3. de elect. lib. 6. & dat rationem quam videas, tamen in c. quorundam, §. circa, notab. 1. dicit quod ex electione & postulatione tribuitur jus, de quo supra c. cupientes, hæc Gem. Sed potest dici, quod loquitur copulativè, ex electione, & præsentatione, & non ex postulatione sola, & quæ differentia sit inter electionem, & postulationem, vide in suis titulis: nam electio fit de aliquo nullum

patienti defectum nec impedimentum; postulatio fit de paciente defectum sive impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide Doctores, & præcipue Host. in sum. tit. de postul. Prelat.

### I N J U R I A .

Primo, injuria, qua sit levis, mediorum, vel enormis, statutæ arbitrio judicis, Abb. in c. pervenit. num. 3. de sent. ex com. Sylvest. in ver. absolutio, §. 1. & Navar. c. 27. num. 90. & 91. & Abb. in c. cum illorum. de sent. ex com. n. 3. nam ratione læsionis personæ, loci, & modi, & qualitatis, debent attendi.

Secundo, actione injuriarum, an teneatur dicens convitum verum, vide de Cap. Tolos. quest. 127. & ibi Ad. dit. & quest. 409. ubi dicere videret quod non.

### I N T R U S U S .

#### S U M M A R I U M .

1 Quot modis dicatur intrusus.

2 Quæ pœna contra ipsum.

3 Quomodo huic succurratur.

4 Quaræ media dari possunt pro restitutio- dis introitibus male percepis.

A D Primum dicitur. Primo intrusus qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, c. cum qui, de prob. lib. 6. c. ad aures, de excess. Prelat. ut si quis defacto occupet beneficium aliquod.

Secundus